



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 143. Romanorum applausus ob restitutam Ecclesiæ pacem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



ea die septimo Februarii data Papa Germanorum Nationi concessit, approbavitque plures articulos circa beneficia, Dioecesium jurisdictionem, subditos, atque Episcoporum Vasallos, annatas, & *communia servitia*. Iusuper omnia contra auctoritatem Sedis Apostolicæ durante schismate attentata nulla & irrita declaravit; *Omnesque, qui Congregationi Basileensi sub nomine generalis Concilii post dissolutionem prædictæ Synodi adhæserunt, & qui jam ad obedientiam Papæ reversi sunt, vel redierint, absolvit, ac pristinis suis officiis, beneficiis, atque dignitatibus restituit. Omnia & singula de Venerabilium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu.*

Sæcul. XV.

A.C. 1447.

## §. CXLIII.

*Romanorum applausus ob restitutam Ecclesiæ pacem.*

**A**bsoluto Legatorum colloquio rursus in publico Patrum Senatu, in quo absente Papa Cardinales præsidebant, Cæsaris, aliorumque Principum mandata fuere promulgata, necnon in gratiarum actionem supplicatio decreta. Inde festivis ignibus reluxit civitas, ærisque campani sonitus ubique audiebatur. Cardinales, ceterique Prælati instructo supplicationis ordine a D. Marci usque ad

*Hist. Eccles. Tom. XXVIII.* L. Basi-



Sæcul. XV. Basilicam S. Joannis in Laterano proces-  
A.C. 1447. serunt, & S. Sylvestri Papæ mitram, quam  
 paulo ante Avenione Romam delatam,  
 Eugenius ex Vaticano ad Palatium La-  
 teranense transferri jusserat, ac præterea  
 S. Joannis Baptistæ caput, præcipuasque  
 Sanctorum reliquias in Ecclesiis asserva-  
 tas detulerunt. Postea solemne Sacrum  
 celebratum est, atque de Eugenio Papæ,  
 & Friderici Imperatoris laudibus sermo  
 habebatur. Sanctus Antoninus, eo tem-  
 pore Florentinorum Archiepiscopus, qui  
 totam hujus rei seriem nobis scriptam  
 reliquit, se ipsum cunctis interfuisse te-  
 statur.

*Antonin. tit.*  
 22. §. 17.

## §. CXLIV.

*Eugenius primo extremam unctionem  
 sibi a S. Antonino conferendam  
 recipere cunctatus.*

*Platin. &  
 Ciacon. de  
 vit. Pontif.  
 in Eug. 1V.*

Cum Eugenio morbus indies magis  
 magisque ingravesceret, S. Antoni-  
 nus eundem accessit accepto sacro oleo, ipsi  
 extremæ unctionis Sacramentum admi-  
 nistraturus. Cui intranti Eugenius ere-  
 cto animo ac voce adhuc firma, quid  
 est, inquit, adhuc sum fortis, cum aderit  
 hora, admonitum te faciam: siste modo.  
 Pugnabat vicinam adversus mortem in-  
 trepidus Pater, hacque animi fortitudine  
 corporis sui debilitatem, ac mortis pro-  
 ximæ